clesiam cã orãdi: an alij orãtes ibi debeant cessare: dic ꝙ sic:
vbi aũt extra ecclesiam exñdo audiret missam: tũc sacerdos
dz cessare ⁊ alij orãtes inde recedere: vt pz in eo in quo no. š.
ti. j. ꝙ in te. §. i. vñ. ⁊ in ɔuentualibus. Si tñ sacerdos incepis
set canonẽ misse posset ipsam ꝑficere: q2 nõ recipit diuisionẽ
. vij. q. i. nihil. ⁊ per ɔña scolaris qui ipsum iuuat: arg. š. de vi.
⁊ ho. cle. c. iij. ⁊ tutius ẽ ꝙ socius sit sacerdos: vt pz in. d. c. ni-
hil. Si aũt incepisset vesperas vel alias horas statiz exeat: q2
ipsas alibi finire põt. ¶ Quinto q̃ro quid si excõicatus sit i
ecclesia nõ causa orãdi: sed pro alio suo negocio. dixit Jnn.
ꝙ nõ videt q̃re alius in eadẽ ecclia orare nõ posset cuz tũc si
bi in oñone nõ cõicet: q2 nec ad orãdum venit. Alij ɔ̃ pro q-
bus sm hosti. faciunt hec ṽba tex. in oñone aut orãdo secuz:
quasi diceret nõ est orãdum in loco in quo posset audire: vt
hic: nec ipso rñdente vt sequit: aliter nõ diuersificant hec ver
ba: quimo nec ecclesiam dz excõicatus ingredi: etiaz si ibi nõ
celebrẽtur diuina. xxv. di. c. i. circa ꝑn. ⁊. xxiij. q. iij. clericus.
. j. q. i. nõ liceat. vide qõ ibi no. ⁊ ea. q. qui studet. in fi. ⁊ de cõ-
se. di. j. epõ nullum. Et intellige ꝙ nõ liceat nisi ibi ingredia
tur cã audiendi ṽbuz dei: vt. J. eo. rñso. §. i. vbi de h. ¶ Que
ro. vj. ibi participet: an participãs huic participãti sit excõi-
catus: dic ꝙ nõ: q2 excõicatio nõ trãsit in tertiam ꝑsonaz. xj.
. q. iij. q̃ñ multos. qõ est verum in maiori excõicatione. Ad
hoc no. in. iiij. glo. vñ dixit Jnno. istam intelligẽdam de dire
cta participatione. Secus de indirecta vt si quis excõicatus
est q2 guerram facit ɔ̃ ecclesiam vel clericuz: postea ego illi
guerram facio: tu ɔ̃ me iuuas illum prebẽdo ei auxilium vt
melius ɔtra me guerram faciat: certe per hoc nõ eris excõi-
catus: q2 nec hoc intẽdis. Hosti. hoc dcñ Jnnoc. l. ꝙ liceret
tibi ɔtra inimicum tuum inuocare ɔsilium excõicati ꝓpter
guerram: ita ꝙ sibi etiam in sua guerra auxilium ꝑstes reꝑ-
hendebat: sed fatet ꝙ dñs vasalli excõicati inuocare põt au
xilium ꝓpter fidelitatis debitum: qõ remanet seu retinet. J. e.
si vero. de iudi. intelleximus. ¶ Quero. vij. ibi vel a ꝓprio:
an excõicatus minori possit absolui per archiepm: de epõ ⁊
sacerdote ꝓprio nõ est dubium: q2 tex. dicit ꝙ sic: sed est du-
bium de archiepõ qui obmittitur in respõsione: de quo tamẽ
in ꝑn. fuerat q̃situm: dic ꝙ nõ vt hic. ⁊ facit de deci. ad audiẽ
tiam: qõ est verum nisi cum visitat: q2 tunc põt que sunt fori
ꝑnialis. de censi. c. fi. in fi. lib. vj. ⁊ dato ꝙ nõ visitet dat tamẽ
litteras indulgẽtiarum. š. de pe. ⁊ remis. c. penul. ¶ Quero
viij. ibi recõciliari. qualis debet esse reconciliatio excõicati
minori excõicatione: dic ꝙ debz esse cum ꝑniali psalmo au-
ctoritate epi vel ꝓprij sacerdotis qui dabit illi licẽtiam vten
di sacramẽtis ecclesie: nõ tamẽ inducet illum in ecclesiam cũ
non sit extra: ⁊ per hoc pz dñtia iter excõicatuz etiam mino-
ri ⁊ quẽlibet criminosum: lz enim vterq3 sit suspẽsus a ꝑcep-
tione sacramẽtorum: quo ad se tamẽ criminosus sine recõci-
liatione sollẽni per ꝑniam restituitur sacramẽtis. de tempo.
ordi. c. fi. Exceptis his que post sñiam impediũt executionẽ
vt ibi. ⁊ de accusa. inquisitõis. Excõmunicatus vero etiaz mi
nori nõ restituitur nisi sollẽniter nõ recõcilietur: ⁊ idem in so
lẽniter penitẽtibus: sm Jnno. ⁊ host. qui nec credũt hanc re-
conciliationem dispensationem dici. Et per hoc infert host.
ꝙ si minor excõicatio solẽnem sacerdotalem recõciliationez
requirit: multo fortius maior: vt. š. eo. cuz desideres. ¶ Ul
timo quero ibi. iusta cã. que dicatur esse iusta cã: dicit q2 for-
te nimis distat. J. eo. relatum. multo fortius mortis periculuz
. š. eo. nõ dubium. ⁊. c. ꝙ de his. vnde dixit ab. ꝙ in his casi-
bus in quibus absoluit ordinarius excõicatum pro manuũ
iniectione absoluet: ⁊ istum qui veniebat absoluendus ab
excõmunicatione vel eius superiore. ¶ Uenio ad glo. Et
oppo. cum glo. ij. ꝙ de cõsilio quia non teneatur. ff. de his q
no. infa. l. i. §. fi. ⁊. š. de homici. sicut. §. qui vero. So. si alias

esset facturus nõ tenetur: si alias esset facturus tenetur: q2 ex
ɔsilio demuz fraudulente quis tenetur. ff. de reg. iur. l. ɔsilij.
Unde dicit glo. ꝙ nõ refert an de bono malum: an de malo
pessimum quis faciat. ff. de ser. corrup. l. i. §. qui igitur. Jsta
ratio facit in ɔtrarium. i. in hoc. glo. videtur ɔtra se allegare
vt ⁊ si ɔmissurus esset teneatur ɔsulens: q2 quasi tũc fiat de ma-
io deterior: vbi vere ɔmissurus nõ esset: tũc fiat de bono ma
lus: ⁊ hoc videtur tenere Jnno. ꝙ siue sit facturus: siue non
alias teneatur de ɔsilio ⁊ ope: q2 participat vtrobiq3 in crimi
ne. De materia in regula nullus ex cõsilio. de reg. iur. lib. vj.
⁊ ibi Dy. Jo. an. tamẽ ibi dicit ꝙ quo ad pene quantitatem
placet sibi illa distinctio per ea que habẽtur in. c. sicut dignũ
de homici. Bar. idem in. l. nõ solum. §. si mandato. ff. de in-
iur. ¶ Glo. super verbo crimini q̃ incipit pone casuz. in fi. di
xerunt hic Phi. ⁊ Uin. ꝙ excõmunicatio nõ extenditur ad
illum qui ɔmunicat crimini ⁊ nõ criminoso. Exemplum. po
ne ꝙ aliquis est excõmunicatus: q2 celebrat in loco interdi-
cto: tu ibi celebras postea nõ illi celebrãdo. Jdem dicas ecõ
uerso de illo qui cõmunicat criminoso etiam in crimie: sz nõ
in damnato: vt si cognoscit excõmunicatum propter furtuz
posset etiam ĩtelligi predictorum dictuz: vt participet crimi
ni ⁊ nõ criminoso qui participat nõ cum primo: sed cum se-
cundo participãte: vt si hertam cognosco excõmunicatam
ex eo ꝙ cõmunicauit in crimine concubinatus clerico pro-
pter hoc excommunicato: pro his facit repetitio littere qua
dicit hic communicet crimini ⁊ participet criminoso: ⁊ adde
quod no. J. eo. inq̃sitioni. super verbo mortale. ¶ Glo. ma-
gna super verbo absolutio: q2 alie sunt istalea. in ꝑn. oppo. ꝙ
non ligetur participãs q̃cunq3 in crimie excommunicato: q2
non ligatur non subditus qui communicauit: cum hec sñia
vt homĩs liget communicãtem que non debet ad nõ subdi-
tum extẽdi. š. eo. a nobis. j. So. dicit glo. ꝙ imo ad nõ sub
ditum extẽditur ⁊ homis sñia ligatur: q2 propter participiũ
in crimie submittitur iurisdictõis ⁊ exercitio iurisdictiõis: ⁊
sic. š. eo. a nobis. vbi sñia ligatur subditus: qui subditus est
large ratione delicti: ⁊ sic glo. vult ꝙ participans in crimie li
getur homis sñia: alias si ligaretur sñia iuris absolui posset
ab alio q̃3 ab excommunicãte. Scdo ꝙ nõ subditus parti-
cipans ligabitur ista sña. Hoc falsum est tenẽdo ꝙ sñia sit
homis: per no. š. eo. a nobis. ⁊ maxime patet falsitas in com-
municante extra dioce. Jtez ꝙ ligetur sñia homis immedia
te nõ erit verum: vt. J. patebit. ¶ Eadem glo. in ṽ. sed queri
potest. oppo. ⁊ videtur ꝙ excommunicatio non transeat ad
alienum parrochianum participãtem: sicut nec trãsit indul-
gẽtia. de pe. ⁊ remis. ꝙ autem. Uin. soluit aliud in idulgẽtia
⁊ aliud in excommunicatione: ⁊ lz vtrobiq3 anime cõsulatur
tamẽ in idulgẽtijs illud optinet vt diutius affligatur: nec ex
cõmunicatio est mortalis: sed medicinalis. de sen. excõ. c. j. li
bro. vj. Uel secũdo ille potest absoluere qui potest ligare:
⁊ econuerso. š. de pe. ⁊ remis. omnis. indulgẽtiam vero quia
nõ cõcedit illi quem ligare nõ potest: ex quo nõ est subiect^s:
sed excõmunicatione bene potest inodari: q2 ex quo commu
nicat excõmunicato a se: dicitur ratione delicti cum subdito
sibi subiectus: ⁊ sic ligatur. Uel tertio hoc ideo fuit statu-
tum in odium pene: per hoc nõ sequitur ꝙ deberet posse ha-
bere indulgẽtiam: quia statutum ad penam trahi nõ debet
ad gratiam. de trãsla. prela. inter corporalia. Hostiẽ. ibi. vn-
de ab eo debet absolui: dicit ꝙ hic ipsum nõ se absoluit sed
repetit: quia si nõ habet iurisdictionem in idulgentia: multo
minus in pena: quia odia restringenda. ⁊c. Et dicit ꝙ ratio
est: quia indulgẽtie licet fauorabiles restringant ne vilescat
ecclia stica iurisdictio: ⁊ eneruetur ꝑnialis satisfactio: ⁊ quia
interdum fiunt indiscrete. de pe. ⁊ remis. cuz ex eo. Commu
nicans vero cum excõmunicato scienter delinquit: vt. š. eo. a
nobis. el. j. Et dignum est ꝙ delictum nõ remaneat impuni
tum. J. eo. vt fame. Uel dic ꝙ in maleficio prorogatur pote-
stas: quia interest iudicis purgare maleficia prouincie. ff. de
offi. presi. l. cõgruit. sed nõ sic in indulgẽtijs: cãs in hñ facto.

Uel dic q excōicatio fertur auctoritate fori ɔtentiosi in quo
ex facto ꝓrogatur ptās: sed indulgentia ex virtute fori pnia
lis in quo nō ꝓrogatur iurisdictio: vt de rap. c. i. ⁊ qd ibi no.
Uel fm veritatem pnia imediate datur hoīs ptāte: ⁊ pro tā
to non datur in nō subiectum: sed excōicatio maior incurrit
imediate ex pticipio ex canonis ptāte: 3 sapiant nām primoꝝ
dictis snie quo ad difficultatē dissoluendā: qd ius vbilibz bz
ptātem: ⁊ hec est ipsa veritas: tn̄ solutio glo. nō fuit male ꝑi
te intellecta: voluit enim tenēdo q participans in crimie in/
currat sniam hoīs: qꝛ in maleficio ius disponit iurisdictionē
ꝓrogādo: sed in bñficio non reperit ius hoc disponēs: pro
tanto indulgentiam accipiens in territorio alieno illam non
gaudet: 3 malefaciens sic: hec rō non ɔcluderet nisi ꝓut de
linqueret in territorio excōicantis: iō tene qd dixi. ¶ Ea.
glo. in fi. sed mirū vr. opp. ⁊ vr q snia non liget illos de q
bus nō fiet mentio in snia: per reglaz res inter alios acta: nec
snia aliis nocet. de fi. instru. inter dilectos. de re indi. c. penul.
¶ Confirma qꝛ ex post facto obligatio orta augeri nō potest
ff. de dam. insec. l. damni. §. si is. Ad h qꝛ ex quo aliqd post
sniam accidit noua interpellatione opus est. ff. de indi. l. non
potest. ¶ Confirma qꝛ ad hanc excōicationis requirit am/
monitio. e. co. sacro. Item fm hoc ista snia nō differt a cano
ne late snie. ⁊ tn̄ hec snia non est generalis: qꝛ tn̄ vnaz psonā
ɔprehendit. So. huius timore glo. intellexit decre. qn̄ snia
est lata in qua quis est excōicatus cum pticipibus: quo casu
ligant participes: ⁊ hoc casu si participat in crimie est excōi
catus maior: secus in ɔ̄one: vt. e. c. pxi. ⁊ sic non ob. ꝑmissa.
Hec so. est falsa q pticipans excōicato cum participibus in
distincte incurrit maiorem. s. eo. significauit. ⁊ e. c. pxi. vnde
glo. dicit q pticipans excōicato in crimie incurrit sniam ex
cōicatiōis maioris: secus in ɔ̄one. Et ratio qꝛ accedit ad cri
men: g ⁊ ad penā crimis accedere dz: vn̄ nō est ɔdēnatio no
ua necessaria. Uult tn̄ in pn̄. glo. hic arguere q hec excōica
tio sit hoīs: sed h falsuz vr: qꝛ lz subijciat quis rōne delicti iu
risdictioni snīantis: hoc verū ita demuz si in territorio suo de
linqt. de so. ɔpe. c. fi. cuz si. vn̄ per hoc sequeret q participās
excōicato a iudice extra territoriū non icurreret maiorē: etiā
si participaret in crimie. Idem sequeret q cōicans excōica
to a se in crimie non incurreret excōicationem maioreʒ: qꝛ ex
quo est excōicatus ab hoīe seipsum non posset inuinculare:
ideo ꝓpter ista alij tenēt q hec snia a participio sit canonis
⁊ non hoīs. Et hoc tenēt Inno. ⁊ hosti. Nec ob. q ex hoc se
queretur q ab hac suus epūs absoluere deberet: qꝛ hec reser/
uata est ipsi epō excōicanti. i. ꝓferenti vel eius supiori: vnde
absoluere non pōt. Ratio qꝛ hec a canone causat ꝓpter ho
minis excōicationē: vn̄ facit ipsam canon sortiri nām causa/
ti. Et fm istam infert corelarium q pticipans excōicato a
se incurrit excōicationem maiorē: ⁊ q participans in crimie
excōicato extra territoriū incurrit excōicationem maiorē: vt
tenent ꝑdicti expresse hic. ⁊ e. c. pxi. ⁊ de hoc vide. e. co. statui/
mus. lib. vi. cum ius vbilibet hēat suam ptātem. Facit pro h
copula. ⁊. ibi q̄tuis. ⁊c. qn̄ in ꝑmo implicet q snia fuerit cano
nis ⁊ non hoīs. Et ꝓpter ꝑdicta forte dcm̄ est h de superio/
re excōicatoris: quasi hoc casu supior absolueret si excōica/
tor cōicaret ipsi excōicati in crimie. Uel forte de supiore fu
it dcm̄ ad supplēdaz negligētiaz vel impotētiam excōicato
ris. Uel pōt dici q est snia hoīs: sed virtute iuris imediate
extendit ad alios: ⁊ ad oia ɔtraria rn̄detur q iuris virtus h
operat q nō posset ex se homo. Nō ob. arg. glo. q snia nō
liget illos de qbus nō est actum. ⁊c. qꝛ fateor q snia vt hoīs
nō ligat tales: sed ex ptāte iuris bene ligat. Nō ob. q ex post
facto nō augeatur obligatio: qꝛ verum nisi subsit cā ex iuris
ptāte obligationis ɔ̄iunctiua. Nō ob. q excōicatio nō debz
ferri sine monitione: qꝛ fateor in illa que fertur hoīs ptāte: sz
secus in illa que ꝓpter scm̄ innitit a iure. Nō ob. q fm hoc
ista snia erit late snie: ⁊ tn̄ non est generalis: qꝛ hoc veruz ex vi
snie: ⁊ fm hoc nō ligabit: sed bene ex iuris ptāte: qꝛ ius hanc
excōicationē ampliat ad oēs in crimie participātes. Per h



pato q si aliquis excōicet aliquem cuz participib9: q ptici/
pantes aliter q̄ in crimie nō erunt ligati. s. maiori excōicatio
ne. Si pticipant extra dioce. qꝛ tunc innititur imediate vincu/
lum ex snia. Idem credo si ferat excōicatio sic q excōicans
pticipans nō icurrit. Et rō qꝛ h nō est de iure cōi q pticipās
aliter q̄ in crimie sit excōicatus maiori: vn̄ iuris dispositio i
hoc nō operatur: si ergo nō opatur solum remanet q quis li
getur dcā snia pticulari que effectū suū trahere nō potest ex
tra territoriū: nec ꝓferētem ligare pōt. ¶ In glo. simile ibi
haberet: arg. §. s. de voto. c. ex multa. vbi ius cōe non exequit
aliqs nisi ei spāliter delegef. Ze. in glo. vlti. in fi. vbi de hoc
⁊. s. de offi. or. c. cum ecclesiarum. ⁊c.

9 Uod in dubijs. Etiam psti
to iuramen
to de parēdo mandatis ecclesie per excōicatum
nō est licitum ei cōicari nisi in casibus a iure per
missis: ⁊ cōicans excōicato ptinaciter est excōicādus: nisi sit
excōicatus cum pticipibus: quo casu participātes sunt excō
municati. h. d. Tria sunt dcā que patent: pars hui9 hētur de
penis. q in dubijs. ⁊ de ɔse. eccle. vl alta. ⁊ de renūc. ¶ No
ta primo effectū absolutionis ab excōicatiōe. s. vt cōione pri
uatus illi restituat. ¶ Scdo no. q sola iuramēti pstatio de
parēdo mandatis ecclesie nō inducit absolutionem ab excō
municatione. ¶ Tertio no. q dato fine actus omne interce
dens est superfluū. ¶ Quarto no. regulā q excōicato non
est cōicandū: hoc fallit in casibus. ¶ Quinto no. nō licituz
allegare canonem nō allegato rubro vel titulo. ¶ Ex v. il
lo aūt. no. q vt participans excōicato incurrat penā requirit
ex parte excōicati q noiatim ⁊ monitus sit excōicatus. e. cō
stitutionem. lib. vj. ⁊ ex parte pticipantis q scienter ⁊ ꝑsum/
ptuose participet. ¶ Scdo no. q dictio. pter. excipiens ab
ɔ̄one affirmatiua stat exclusiue. ¶ Tertio no. q sciēter pti
cipans excōicato ⁊ ex ɔtumacia nō incurrit maiorez. Fallit
qn̄ excōicatus est cum pticipibus. Aliuin casuz habuisti. s.
eo. nup. ¶ Quarto no. q appellatione excōicationis ɔpre
hendit maior in dubio: ⁊ sic vba intelligunt ꝓlata in dubio
in potētiori significato. ¶ Quero qs ꝑsumptuose dr parti
cipare excōicato: dic q ille qui monitus nō desistit. de cle. ex
cō. mi. si celebrat. in fi. Io. tn̄ intellexit de participāte in cri
mine: cuius ɔ̄triuin tenuit Tan. vn̄ dixit hosti. q dcm̄ Io. po
terat intelligi de crimie iam damnato: ⁊ remittit ad summā
eo. ti. §. fi. sub. §. qd si epūs. vsi. pone q epūs. ¶ Scdo an ex
cepte possint pticipare in delictis excōicatis: dic q nō: lz mi/
nus peccēt id faciēdo q̄ extranei. s. de his que vi me. cā fiū.
c. sacris. fm host. ¶ Quero tertio an cōicans excōicato cū
pticipibus ⁊ fautoribus qualitercūqz in crimie vel extra sit
excōicatus maiori: dic q sic: vt hic. ⁊ s. eo. sacris. fm host. vbi
vero excōicatus est cum participibus tn̄: ⁊ nō cum fautori/
bus pticipans cum tali in quouis crimie maiori excōicatio
ne ligat. Si vero in ɔ̄one tūc minori. Si vero aliqs excom
municatus est: sed non pticeps: cōicans illi in crimie damna
to ligat maiori: si in alio excōicandus est vt hic: si in ɔ̄one nō
excōicatur nisi ɔtempserit. Premissa sunt vera vbi excom/
municatio ꝓfertur a papa. alias non ꝓcedūt hodie per no
ua iura: vt in. c. statuimus. eo ti. lib. vj. ¶ Glo. j. querit an li
ceat ꝑlato pticipare excōicato. glo. dicit q non: vt dicto. c. cuz
desideres. ⁊. c. a nobis. qꝛ ipse facere nō debet q aliis ꝓhibz
vt ibi notatū est. ¶ Eadē glo op. q excōicato liceat iurare
cuius ɔ̄triuin dicit tex. qꝛ non licet tāgere sacra cui non lz igre
di. v. vi. ad eius vero. So. fz doc. ad commodū suuz non lz
tāgere sacra: vt dixi. s. de purga. ca. c. j. sed ad incommoduz
ipsius. i. non ad sui fauorē sic: vt hic: ⁊ in eius odiū. ¶ In fi.
glo. dic de hoc. s. de excep. c. inter. in. j. glo. ¶ Op. cuz glo.
iii. q pticipans excommunicato etiā sine pticipibus incur/
rant maiorē. s. eo. nup. So. qdam per hūc tex. indistincte lo
quētes dicūt pticipātem excōicato siue in crimie: siue non: ni
si excōicatus sit cum participibus nō incurrit maiorem. Cō
trariū determiat. s. eo. nuper. in fi. qꝛ hoc capl'm loquitur in

cōicante excōicato in aliis ꝙ̄ in crimie. ¶ Glo. super verbo
ꝯmoniti. querit an teneat excōicatio lata in ꝑticipātes moni
tione non ꝑmissa. glo. dicit ꝙ nō: ⁊ sic hic est tertius casus in
quo excōicatio non tꝫ circa aliquā appōnē. Alios duos ha
betis. Leo. per tuas. ¶ In ſ. glo. dic idem in suspēsione ⁊ in
terdicto: eo. ti. statutū. lib. vi. ¶ Glo. super ū. in non dādi ē
lr̄a alia. super ūbo incurrūt. querit quam sniam excōicationis
incurrāt ꝑticipātes excōicatis cum ꝑticipibus: ⁊ dicit glo. ꝙ
eandē. s. maiorem: alle. xi. q. iii. excellētissimus. Et dicit gl.
ꝙ tales sunt noiatim excōicati. ff. si cer. peta. l. certuꝫ. cum si.
Iure tñ non sunt vitādi nisi publicenꝰ: vel saltim illa ꝑticipa
tio sit publica. de hoc de cle. excō. mi. ꝓposuit: ſm hosti. Cuꝫ
eadē glo. ibi. sic etiā. ¶ Quero an hoc veꝝ sit siue ꝑticipāns
in crimie: siue in alio vt ꝑticipātes excōicato cum participi/
bus incurrāt excōicationis sniam. Io. dixit ꝙ hoc verū vbi
participāt in crimie: ⁊ sic intellexit. ſ. c. pxi. Tu dic indistin -
cte ꝙ siue in crimie siue etiā aliter cōicant ꝑticipātes excōica
to cum ꝑticipibus incurrūt maioreꝫ. ¶ Querit ea. glo. qd
si excōicato cuꝫ ꝑticipibus alterius prochianus cōicat post
talem sniam: an incurrat maiorē: dicit glo. ꝙ si ꝑticipat in cri
mine est excōicatus maiori: alr̄ non est excōicatus nisi mino
ri: vt pꝫ. ſ. c. pxi. Hoc verum tenēdo ꝙ hec excōicatio nō sit
hois q̄ excōicatur cum ꝑticipibus. Glo. tenet Inno. qui di
cit ꝙ alii ⁊ ipsi liganꝰ snia canonis. Snia vero hois non nisi
sint de iurisdictione excōicatoris. Io. an. ꝙ supsiue ponunt
hoc. super tex. Idem dicit de excōicatione vt si ꝑticipet excō
municato a se cum ꝑticipibus ꝙ incurrat minorē ⁊ non ma-
iorem: q2 tale vinculū imediate initiꝰ a se: ⁊ se ligare nō pōt.
xxi. di. inferior. Si vero excōicator excōicat quē cuꝫ his qui
auxiliū dederūt: lꝫ ipse fuerit de auxiliatoribus: ipse non ligat
maiori: q2 se ligare non pōt cum ista non sit snia iuris: sed ꝓ-
pria: ⁊ nemo pōt se absoluere vel ꝯdemnare. xxi. di. inferior.
nec ligatur minori q̄ non incurritur nisi ex ꝑticipio futuro ſm
Ino. per hoc dicit ꝙ exemptus cōicans excōicato cum ꝑti-
cipibus incurrit minorem ⁊ maiorē: q2 ab excōicante ligari
non pōt: sed bene a iure ⁊c̄.

i **[I]Nter alia.** Excōicatis cōicare tenē
tur qui prius eis erāt ad fa
miliare obsequm obligati. Alii vero lꝫ cōicare
possint interdū non tñ tenenꝰ ad hoc. h. d. Et ꝓ-
mo ponit varietatē opinionū ⁊ vñ ortum habuerūt. Scđo il
las determiat. ibi. cum ergo. tex. ibi. obnoxietatē. i. astricta ⁊
debita obligatione. ¶ No. primo ꝙ q̄ꝙ̄ verbum tenetur:
sui natura necessitatē importet: tñ ſm māin subiectam q̄nq3
necessitatē importat: q̄nq3 facultatē. ¶ Scđo no. ꝙ dictio
nisi. sequēs vniuersalē negatiuam ponit directe ꝯ negatuꝫ in
orōne quā respicit. ¶ No. pro gn̄ali allegatiōe. de quo per
doc. in. c. vr̄a. de coha. cle. ⁊ mu. ¶ No. ꝙ ꝯ ꝓpriaꝫ naturā
q̄nq3 verbū alteraꝰ ꝓpter materiā subiectā oino rigori ver
borum repugnātem. ¶ No. ꝙ verbum diuersimode rela-
tum: aliter ⁊ aliter sumiꝰ. ¶ No. regulam ꝙ nō est cōican-
dum excōicato noiatim: nisi in casibus. ¶ No. ꝙ q̄nq3 sup
intellectum vnius verbi surgūt plures opiones. ¶ No. ꝙ
ad quē spectat inductio ad illum ⁊ interꝑtatio. ¶ No. ꝙ ex
cōicatus non pdit ius obligationis ad familiaritatē illoruꝫ
qui sibi familiaritatē exhibere ꝓmiserūt: ⁊ sic excōicatus nō
pdit vinculum obligatiōis iuris gētiuꝫ: nec ea que sunt iuris
gentium: ⁊ hoc verū quo ad familiares in qbus sit spāis re
seruatio per ius: vt dicit lr̄a. Ex qua patet ꝙ in oibus contra
ctibus ⁊ actibus in quibus exigiꝰ cōmunio: regulariter oēs
hi ꝓhibiti sunt excōicato ⁊ eoꝝ effectꝰ: nisi a iure spāliter sint
permissi: ⁊ facit hic tex. multū per locum a spāli pro opi. ho/
sti. in. c. veritatis. de do. ⁊ contu. ¶ No. ꝙ permissio antece
dentis: permissuꝫ censetur omne ad illud ꝯñs: ⁊ sic durante
obligatione permissa videtur cōmunio sine qua obligatiōe
satisfieri non potest. ¶ No. ꝙ viatoribus ⁊ peregrinis non
est licitum excōmunicatis cōmunicare: nisi immineat articu
lus necessitatis. ¶ No. ꝙ non est licituꝫ cōicare excommu

nicato etiam ratione familiaritatis in crimie pro quo quis ē
excōmunicatus. ¶ No. ꝙ dispositio noua ad alterius de/
clarationem ꝓlata refertur ad capitula tm̄ noviter dispoi/
tio proportionabilia. Sic ⁊ clausula plura respiciēs quo ad
verba capitul: ad illa in dubio referri cenſenꝰ quibus est pro
portionabilis clausule materia. ¶ Opp. ꝙ non solum in ca
su necessitatis liceat peregrinis: sed etiā ob vtilitatem. xi. q.
iii. ꝑdecessor. ⁊ petet. Leo. si vero. So. supple ⁊ vtilitatis: ſꝫ
Inno. Host. dicit ꝙ illa capitula hoc non ꝓbant: dicit ꝙ in
casu necessitatis precise vel occasionate ꝓpter damnuꝫ vitā
dum licituꝫ est cōmunicare: sed ob solā vtilitatē nō. ¶ Que
ro ꝑmo an dn̄s excōicatus possit petere debituꝫ a seruo: dic
ꝙ iudicialiter non: sed extraiudicialiter bene: ⁊ teneꝰ serui
⁊ alii prestare dn̄o debitum seruitium: alias peccant ex quo
cōmunicare possunt. ad hoc qđ no. xi. q. iii. q̄m multos. ⁊ p
Gui. in spe. de peti. ⁊ poss. §. fi. vsi. ⁊ cautis. Host. tñ dicit in
summa. de resti. spo. quoniā. §. quādo faciēda. v. quid si vir
petentem coniugem per exceptiōꝫ excommunicationis non
excludi. sunt verba Io. in dicto. c. q̄m multos. ¶ Secundo
ab. per decre. determiat q̄stionem de debitore: an teneantur
soluere creditori post debitum excommunicato: ⁊ dicit ꝙ si
re iurauerit: siue non: cum post debituꝫ duret obligatio: du
rabit ⁊ communio quo ad illud soluendum necessario. ad
hoc. ſ. de do. ⁊ ꝯtu. veritatis. xv. q. vi. iuratos. de hereti. c. fi.
Ad hoc ꝑncipaliter iducit quod hic dꝛ de mercēnario cuiꝰ
obligatio temporalis. Ibi glo. in dicto. c. iuratos. tenē ꝑteꝫ
ꝙ teneatur soluere: licet ipse non possit petere. ſ. de iureiur.
debitores. ⁊ peccat non soluēdo. Ad. c. iuratos. dicit ꝙ spe-
ciale est ibi ifidelitatis vinculo: que enim non debenꝰ durā
te excommunicatiōe. Ita dicit ibi glo. hec decre. facit ꝯtrium
ꝙ soluere non teneaꝰ: ⁊ probaꝰ clare circumscripto. c. quoni
am multos. Nulli dubium ꝙ non licet eis cōmunicare etiaꝫ
in solutione debiti: sed per illud. c. in illis casibus licita ē tm̄
cōmunio: ⁊ q2 licita est cōmunio: ideo durat obligatio: vt di
cit hec decre. Ergo extra illos casus q̄ nō est licita cōmunio
non durat obligatio: vel vt proprius loquar obligationis ef
fectꝰ. Et hic casus mirabiliter facit pro hac parte. vide tex.
ibi. cum adhuc duret debitum beneficio canonis id agēte: si
ergo hoc non egisset canon vt liceat communicare: nō posset
exigi debitum: sed subaudi ſm Innoc. beneficio canonis id
agēte: vel in personis enumeratis i dcō canone ⁊ in aliis vbi
similis sit ratio. de do. ⁊ contu. veritatis. ſm Innoc. ⁊ ideo
glo. i dcō. c. iuratos varians ⁊ vr̄ post. in fi. ꝙ non teneatur
soluere predicta statim: sed debeat deponi i edem sacrum.
¶ Quero tertio an familiaris de nouo debeat itrare fami-
liam excōicati: ⁊ an mercenarius finito suo tempore debeat
reincipere annum cum excōmunicato. Hoc. per hanc lr̄am
dicunt ꝙ non: q2 tūc volūtarie hoc agunt. Per hoc dicūt ēt
conductorem non debere conducere finito anno: locare ad
pensionem domum conductam ab excōmunicato: vnde nō
sequitur si heri cōmunicasti: ergo ⁊ hodie cōmunicare po -
tes. Illud etiam dicit abbas de obligatione si dissoluatur ꝑ
diuortiuꝫ coniugis vel patrie potestatis: si soluatur per emā
cipationem. s. ꝙ non potest postea esse cōmunio sine pena.
¶ Quero quarto quid de predicatoribus: nunqd ipsi astri
cti sint excōmunicatis. n his que spectāt ad ipsorum officiū.
dicit host. ꝙ sic: si habent curam illorum. ad hoc de offi. or.
irrefragabili. Si alii qui mittuntur a papa vel diocesano: eo
dē ti. c. inter cetera. de hereti. excōmunicamus. §. q2 vero. ne
cesse habent obedire: spreta enim temporali damnificatiōe.
de ma. ⁊ obe. c. ii. ⁊. c. illud. de tempo. or. ad aures. ⁊ de tali/
bus dicit intelligi. Leo. cum voluntate. ¶ Veniamus ad gl.
⁊ ꝑmo glo. op. super verbo agente: q2 alie sunt lr̄a alea. op. ꝙ
non beneficio canonis induceretur: q2 i filiis seruis ⁊ ancillis
hoc ꝯstitutum erat ante illum canonem. So. ꝙ in qbusdaꝫ
declarādo. In qbusdam inducendo illud beneficiuꝫ canon
induxit vt ꝯmuniter possint. glo. est clara. ¶ No. tamen ꝙ
gestum attribuitur declaranti. ¶ Querit glo. super verbo

necessitatis: an in qualibet necessitate sit licitum peregrinis e aliis cōicare excōicatis: dicit glo. q vt sustinendā esse aliq̄s icōmoditatez vt ecclesiastica iusticia seruet. xix. di. In memoriā. Si tamen magne necessitatis articulū imineat vt i ponderando an necessitas sit magna vel nō. qđ spectabit ad arbitriuz superiorl. ē. de voto. q sup his. e. c. ex multa. So. dicit glo. q i transeūtibus res dilationē non capit: qlibet semp reliquendus est arbitrio. In peregrinis autem q vltra mare aliq̄ diu vel rome cōmorari solent superioris iudiciū requirat: q nemo regulr sibi iudex esse pōt. ff. de iudi. l. si aliter. e. ti. de elec. venerabilē. ¶ Quero q sint q ad noxietatē tenent: dic glo. q super ṽbo tenentur. domestici filij e mercenarij. De vxore an teneat reddere debituz viro excōicato: habet in dicto. c. qm̄ multos. Ibi dic Jo. q maritus tenet reddere debituz vxori: vxor vero non pōt cōpelli ad reddendū debituz: dic tamen q si ex offō si marito petēte restitutōez vxoris opponat excōicatio: dz restitui viro: q pōt ei cōicare: ex lare non loqtur Jo. Bar. brix. ibi. in addi. tenet q ipsaz teneat reddere debitū: ex quo pōt ei cōicare. Idē tz lau. vt recitat ibi Archi. ¶ In si. glo. quero qd de patre: an possit cōicare filio vl dñs seruo: patronus liberto. qdam q non. xxvii. q. i. de filia. Ubi dic lr̄a q si pater acceperit monialē que accepit maritum icurrit excōicatōez. In cōtrium arguit. xxij. q. vlt. de forma. vbi est eadē fides iferioris ad superiorē que est ecōtra: e sic vr q cuz ꝓpter fidem e necessitatē iteressendi hoc sit permissuz: subsit eadē rō in patre. Inno. h tenet q non debēt cōmunicare: q debent eos pre aliis vitare. xxxvii. di. §. hic etiā e. c. pēe. lxxxvij. di. §. necesse. Rō diuersitatis est: q filius astrictus est necessitati cōicandi patri e superiori: e sic i seruo: sed non sic ecōuerso. Idē tenet pe. e ab. Dic fm host. si velit cōicare filio vel seruo ad vtilitatē filij vel serui h est illicituz: si velit cōicare ad eius icōmodū vt exigant debitū sibi h possunt: sic tz h Host. ¶ Quero. qđ de filio emācipato an possit patri excōicato licite cōicare. Jo. l. dcō. c. qm̄ multos. tz q non: qd de epō an canonici debeāt euitare epm: e silr de fratrib^9 an debeāt euitare priorez excōicatuz: dic q sic: vt. xciij. di. miratur. q non sunt ita astricti isti epō: sicut alij sunt astricti patri e dñō: saltē quo ad familiarē domesticitatē. ec.

## Cum illorum.

Qui excōicatus p manuū iniectōe scienter ordies recepit deponēdus est si est clericus secularis: si est regularis ab executione ordinum est suspēsus: q ignorans ius vel factū pro quo sit excommunicatus recipiens ordiez: si est clericus secularis solus papa cum eo dispēsat: si regularis abbas. Si ignorātia est probabilis e factū non est graue. h. d. In pma questio. In secunda responsio. ibi. circa quos. ibi distigūt. Et pmum membruz prosequtur. ibi pmos. secundū. ibi. q si. vbi prio tractat de talium absolutōe. vsq3 ibi. si aūt. ibi soluit. tex. ibi. negligētes: non dic cōtemnentes q idigni misericordia deponendi essent: vt. j. vnde de stilo cancellarie ponit clausula i lr̄is. dūmō non in contemptu clauiuz. ¶ No. pmo regulaz q pro violenta manuuz iniectōe i clericū solus papa absoluit: nisi in casibus: q sint isti casus dicet super gl. ij. ¶ Secūdo no. q secularis ordiatus durāte excōicatione e sciente se excōicatuz caret ordinuz executōe: e est perpetuo deponēdus absq3 spe dispensatōis: recipit tamē caracterez. ¶ Tertio no. q ignorantia facti e iuris qñq3 eqparant e i ordibus: ignorantia ēt facti non excusat: e rō q2 in facto ꝓpo non videtur tolerabilis ignorantia: vt i. c. ab excōmunicato. ti. de R̄p. Et ideo dicunt docto. q in casu isto epūs non dispensat: seruus autez si qs ignoraret in se sniam lataz: q2 tunc non esset irregularis. ti. de cleri. excom. mi. apostolice. ¶ Quarto no. q plus est dispēsare q̄3 absoluere: e sic ad potētiam absoluēdi de vinculo nō seqtur potentia dispensandi. ¶ Ex ṽ. q si claustrales. no. p mo q appellatōe monachoꝝ non comprehenduntur canonici regulares: lz i iure quādoq3 equiparantur. ¶ Secūdo no. hic vnuz casum i quo a snia canonis absoluit iferior a papa. ¶ Tertio no. q idiscretionez e i habilitatez abbatis supplet episcopus: e ēt ipotentiam corrigendi. ¶ No. quarto q excōmunicatio non ihabilitat religionis igressuz. Et per hoc dic Inno. h q tenet monachatus excōicati. ¶ No. quarto q concessa absoluendi potestate subiectuz de delicto ante subiectiōez cōmisso: superior absoluere non potest: nisi h expresse caueatur. ¶ Ex ṽsi. nos tamen. no. q abbas hodie absoluit etiaz monachos q ante igressum religionis sunt excōmunicati pro violenta manuū iniectōe: e hoc cum loqtur tex. idistīcte. Doc. itelligunt etiaz si percussent clericum secularem: e q post igressuz monachos verberauerunt: dūtamen non sit enormis lesio e verberatio: e sic l potestate absoluendi ab iferiore de snia canonis: papa semper excipit enormes lesionez. ¶ Secūdo no. q dicat enorme delictuz vel verberatio enormis quando ad membri debilitatōem est processum: vel sanguis effusionez. Itez quando epūs vel abbas vel superior: e sic quādoq3 delictuz enorme dr per respectuz ad delicti quātitatez: quandoq3 per respectuz ad persone qualitatez in quā delinqtur. Et generaliter omne delictuz generans scandaluz dr enorme. ¶ Tertio no. h sex casus i qbus abbas nō absoluit monachū verberantez. Primus quādo enormiter. Secundus quando i epm. Tertius quādo in abbatez. Quartus quando i religiosaz personā alterius monasterii. Quintus quando clericuz secularez. Sextus vbi cq3 ex absolutōe iferioris scandaluz imineret. ¶ Quarto nota q rōne persone i quaz delingtur quandoq3 qs submittit iurisdictōi superioris persone i quam delinqt. ¶ Ex ṽ. si autez. no. q igressus religionis nō releuat ab irregularitate ex delicti surgente. ¶ Secūdo no. q regularis excōmunicatus recipiens ordies ab executione ordinū est suspensus: e sic licet recipiat ordis caracterē nō recipit executionez. ¶ Tertio no. q abbas quādoq3 i ordinuz executōe dispensat cum monachis quādo ignorato iure vel facto ordinez suscipiūt. ¶ Quarto no. q iuris ignorantia non excusat etiam regulares: lz aliqualiter penaz alleuiet. ¶ Quinto nota differentiaz iter seculares e regulares recipientes ordies eis excommunicatis: q2 cum secularibus eis ignorantib^9 dispensat papa. Ratio q2 superior cum regulari iferior a papa: e quādo scienter seculares deponuntur: regulares vero carent executione. ¶ Sexto no. q ignorantia quādoq3 in facto proprio presumit: e hoc quando est de longiquo vel itricatū. Ita dicit Bar. i. l. non fatetur. ff. de confessis. sed hic no. limitationem ad illud: q2 quod dr ignorantiaz presumi habet locum in adulto minore: e sic tolerabilis est ignorantia facti proprii etiaz dato q factum sit antiquuz. Itez q etiaz facti de longiquo ignorantia non presumitur vbi factū est notabile egregie ita quod debuit notari: quod no. Idem si fuerit scandalosum. de spon. non est nobis. ¶ No. q ista duo drit obliuio e ignorantia. Ignorantia se habuit ad nunquā scitū: obliuio vero ab oliz scito nec ignorato. ¶ Ultio no. q priuilegium meretur amittere q permissa sibi abutitur potestate.

¶ Uenio ad dcā docto. e quero primo quid de excōmunicatis a iure vel ab hoie quos epūs poterat absoluere ab excōmunicatōe qui iteriz sunt ordinati e postea per ipsuz absoluti: an cum eis poterit epūs i susceptis ordibus dispensare: videtur q sic: vt h a contrario lr̄e. Nam si non pōt dispensare q2 non pōt absoluere: ergo si pōt absoluere a radice poterit e dispensare. Jo. an. tenet contrariū: q2 planuz est q epūs non dispensat cuz exercente executionē solam ordis iam suscepti. l. tēpoꝛe excōicationis. Multo minus ergo dispensabit cuz excōicato recipiente tunc tēporis ordis hītum. Primum pz de cle. excō. mi. c. ii. e. iii. ad hoc de eo qui for. or. re. per totum. vbi pz q contra excōmunicationem ordiatus indispensabilis est ab alio q̄3 a papa. Nō ob. hec litera: quia nō sequitur q nō potest dispēsare: q2 nō potest qđ est minus absoluere: ergo si potest absoluere: potest dispensare: q2 argumentum a minori ꝓcedit negatiue: sed non affirmatiue: q2 bene sequit q si non possum q est minus: q nec possum q

est plus:non tñ sequit possum id q est minus:ergo possum id q est plus.de quo.s.de elec.cuz in cunctis. De mãrem itē Hosti.ad desi.c.ij.e.iij.de cle.excõ.mi.sed non loquũtur in casu nostro:s loquunt de celebrante. ¶ Scdo an abbas an professionez possit:an pbatione absoluere ante professionem. Doc.dicũt q non:e hoc placet Jo.an. qr ante pbationem nec rõne criminis:nec rõne persone est de suo foro. Itē facile qlibet excõicatus euitaret iter ad curiā:seu iter eundi ad sedē apostolicam si diceret secus:hec vera in non pfessis probantibus. In nouitijs vero in pbatione incurrentib⁹ sententiam excõicationis tempore pbationis. Dicit Jo.an. q absoluet abbas:sic intelliget.s.eo.monachi. Dictũ aũt huius capli itelligit de illis qui p̃us incurrerant. de hoc in summa.eo.ti.§.qs possit. ¶ Tertio quero que dicant enormia delicta. Ultra casus h positos dicũt doc.vt si effodiat ocul⁹ .iij.di.si euangelica. Si in theatro vel foro:vel in cõspectu iudicis qs percutiat. Insti.de iniur.§.atrox. Multo fortius si in ecclesia:cimiterio vel dormitorio verberet.s.eo.cum pro causa.xvij.q.iiij.qsqs. Si quocũqz membro mutiletur:si ad grauem offensionem sanguis e offensionem ex graui ictu p ueniētez deueniat. Si ex manuuz iniectione scandalũ oriat. Si in epm abbatem vel clericum secularem per religiosum manus iniciat. ¶ Quarto quero an absoluat abbas monachũ priorem percutientem:doc.dicũt q nõ:qr idem in eo q in abbate.s.de maio.e obe.c.cum in ecclesijs. Idē vbicũqz in aliquem superiorem subditus delingt per id qd segtur arg.istc que sequit qr scandalũ est:e cum scandalo nihil faciendum.de pscrip.nihil.e fa.q dicit glo.i.per qd videtur sol ui questio de monacho q absente abbate percussit vicariuz:quem abbas dimiserat in claustro:aliuz tamen claustralez. ¶ Quinto quid si monachus vnius monasterij percutiat monachum alterius monasterij extra claustrum:an absoluat abbas. Dicunt docto. q sic.per tex. qui non repetit aliquid de claustro:quia hic concurrunt abbates duo: e impossibile est de facto q in duobus monasterijs monachus codē ictu percussus sit. Hostien. h e Jo.canonica.tenet q abbas eo casu nõ absolnat:sed epo ad quem in defectuz abbatis dicit recurrendũ.s.eo.monachi.e si diuersoz erant epatuum ambo epi tũc cõcurrunt:arg.eius q hic idncit ad hoc q abbas nõ possit.lxix.di.c.quoniã.de eta.e qua.cum cõtingat. de p̃ui.cum capella. Et pro h facit q ne cõfundat ecclesiastica iurisdictio sua cuiqz epo iurisdictio est seruãda. Abbas tenet p̃mum per rõnem.s.positam e fauorabile:e sic ampliandũ. Nõ ob.q delingt in territorio epi:ergo ne sua iurisdictio cõfundatur ipse debet absoluere:quam rõnem facit Host.qr videmus q in claustro delinquens absoluit ab abbate:dato q monasteriuz non sit exemptũ:ergo absoluit delinquentez in territorio epi. Pro hac parte facit littera superior.s.nos tamen.vbi absoluit ligatuz ante ingressum:e sic necessario alibi q̃ in claustro delinquētez. Jo.an.dicit q fecit seruari q in hoc dubio epa 9misit abbati. ¶ Sexto qd si monachus percutiat secularem etiaz eiusdem monasterij an absoluat. Abbas dicit h.Host.q nõ:alleg.de sta.mo.c.si.§.pe.ad hoc.c.seq.qr si monialib⁹ hoc casu indulget vt p alium.s.per epm q̃ per papam possint absolui.Jc.pri.absolutio alijs negat.i.in alijs s.monachis videt cõtrarium dispositum. Nec ob.s.eo.ex tenore.qr intelligit quando simul viuunt e sub codē tecto iacent:vt decre.de vi.e hone.cleri.e 9stat q moniales e clerici non debent simul dormire:mixtura enim esset suspecta e periculosa.xviij.q.ij.in nullo.ideo fuit monialibus subueniēdum spãliter pp̃ter sexum:sed ne clerici cum monachis simul debēt morari.de sta.moñ.c.si.§.pe.e cuz mares sint monachi noluit papa priuilegiare illos in hoc casu in scãdalum clericoruz. Quicqd sit dic hodie vt de sen ex.irreligioso.libro.vi. ¶ Septimo que est differentia inter regulares e seculares assumentes ordines tempore excõicationis.dic q regulares sunt suspensi:vt in si.textus.se culares deponendi. ¶ Quero octauo an dispensetur cuz secularibus qui scientes se excommunicatos receperunt ordines allegãtes iuris ignorãtiam:vide quod no.s.v.primos. In 9trariuz quia penitentiaria distincte talibus dat litteras q nõ fieret si nõ valeret. Ad hoc de dona.per tuas.dicit hostien.q h arbitrabitur bonus iudex:qui potius in h debet manus restringere q̃ laxare:vt pz ex his que sequũtur in textu. Naz si 9tra religiosum presumitur qui adultus erat:fortius 9tra clericum secularem:e sic dicit ipse q penitentiaria neminem decipit:sed iudicat sic audit. Caueant tamen dicit ipse q impetrantes se non seducant. Tamen questio non placet sibi dicens q nec hoc ius diffinit:nec offm instruit:vnde non per moduz questionis h debuit enarrari quomodo clerici sepe sic agunt e impetrãt. ¶ Ultimo quero quid de ignorantibus factum:dic q lz non peccent tamen nõ recipiunt ordinis executionez.xxiij.di.si quis.quia nõ sunt susceptibiles talis executionis.de excel.prela.c.si.de cleri.ex.mi.si celebrat.de eta.e qua.cum bone.quod dic vt no.de ordi.ab epi.c.i.e.ii. ¶ Uenio ad glo.e quero cuz prima an hoc edictum.s.si quis suadente sit prohibitorium certoruz vt regule:sed permissoruz certoruz casuum:vt no.de sponsa.cum apud. ¶ Glo.ii.querit de casibus in quibus inferior a papa absoluit a canone:dicit nominando aliquos. In si.dic q his versibus continentur.

¶ Regula mors sexus hostis puer officialis.
¶ Delitiosus inops eger qz sodalis ianitor.
¶ Astrictus dubius cause iuste atroces ictus.
¶ Debiles absolui sine summa sede merētur.

Regla vt h e.s.c.ii.mors.s.e.nõ dubiũ.sexus.s.e.mlieres. hostis.s.e.de cetero.puer.J.c.quis.e.c.i.s.e.officialis.s.e.c.iij.debilis hic priuo 9sulitur papa.s.eo.mulieres.§.i.inops.s.eo.q de his.eger.s.eo.de his.e.c.ea noscitur. Sodalis de vi.e hone.cle.c.quoniaz.vt ait. ianitor.s.eo.c.iii.i.rñso. astrictus potestati alterius.s.eo.mulieres.e.J.eo.relatũ. Dubius.quod dic vt.s.eo.cũ desideres.e.c.si vero.ii. Cause iuste.s.ad non eundum.s.eo.peruenit.de q ibi.debilis.s.e.ea noscitur. Atroces vt hic.e.J.eo.relatum.e.c.canonica. Absolui sine sũma sede merētur. De his versibus vide in summa per host.eo.ti.§.quis possit excommunicare.sub.§.ii.cespectu pe. ¶ Glo.super verbo ordinis.op.q non sunt dponendi ab ordinibus:sed etiam sunt priuandi beneficiis. de cle.ex.mini.postulastis.e.c.latores. Glo.fatetur e colligit q excommunicati recipiunt:e per hoc quidam dicunt q excõmunicati tenet monachatus:e sic tenet professio facta ab excõmunicato sic e ordinez recipit.c.i.e contrahit matrimoniuz:vt.c.significasti. Item q excõmunicatus 9fert ordines alleg.de eo qui renũc.epi.c.i.e.ii. ¶ Querit glo.super verbo interdicta.an absolutione a papa precedente possint dispensare.glo.dicit q non.quia eis dispensatio est iterdicta:arg.s.eo.nuper.vnde arguit q episcopi possunt dispensare vbicunqz eis non apparet interdictũ.alleg.iura. ¶ Glo.super verbo minora.colligit arg.a minori valere in iure.alle.iura. ¶ In v.poterunt.querit glo.que est super verbo rigorez.quid est equitas:respondet est iuris relaxatio. Aliter diffinitur.de ma.e obe.c.si.e dicit q equitas iuri pfertur:e allegat iura. ¶ Glo.super verbo fauorem.quia alie litteras.oppo.q huic nõ sit necessaria dispensatio nec indulgentia vt absolui possit:quia illi non est necessaria satisfactio cum suo totuz vite tempus obedientie impeditur sui 9ditoris.de pe.di.i.§.his auctoritatibus. Solu.dicunt doc.q imo huic necessaria est dispensatio e indulgētia vt inferior hoc possit:quia hic est de casibus pape reseruatis:e quia alexander prohibuerat:e quia loquitur latius:nõ tamen de abbatibus:sz etiaz de prelatis:sz Hosti. ¶ Glo.super verbo absolutionis.opp.q nõ sit indulgentia huius decr.q abbas absoluit monachuz:quia iaz 9cessuz erat per decre.ii.s.eo.ti. Solu.dicit gl.q hoc erat 9cessuz ante hanc decre.quo ad percuti

entem post ingressuz: sed de percutiente ante ingressuz est in dubium. ¶ Glo. super verbo membri. querit an abbas non absoluit pro enormi: siue monachus deliquerit ante: siue post ingressum religionis. glo. dicit ꝙ vt tex. indistincte loquitur: ita indistincte est intelligendus: nec etiam dicit glo. discutiendū vel distinguendū est inter membrū. ex. de cle. egro. c. ij. e. ex. de corpo. vicia. exposuisti. e de cle. pug. in duel. c. i. in fi. quod non placet hosti. qui dicit ꝙ si vngula modicum ledere|tur posset absolui ab episcopo: ar. de corpo. vicia. c. fi. e sic est dicendum fm eum. e Inno. ꝙ hoc erat arbitrariuz: e ergo dicit glo. ꝙ quando dicat excessus difficilis vel enormis relinquitur arbitrio iudicis: actuz cum excessus est notori⁹ delictuz est enorme propter scandaluz vt hic: hoc fatetur hosti. dicit tamen plus laxanduz arbitriuz circa clericos ꝙ laicos. Uel fm eum aliud est in absolutione de qua hic: aliud in dispensatione regulariter: de qua in cōtrario. ¶ Querit glo. super verbo sanguinis. quid si ledat leuiter cuz sanguinis effusione: quia percussit in naso vel in alio loco ex quo faciliter exit sanguis: an hoc erit delictuz enorme. glo. dicit ꝙ credit hoc relinquendum arbitrio episcopi vel abbatis: licz ista littera simpliciter loquatur: quia verbuz effusionis abundātiam significat. xvi. q. i. reuertimini. ¶ No. istaz glo. pro statutis dicentibus ꝙ enormiter verberans cum sanguinis effusione puniatur in tantū ꝙ omnis verberatio cum sanguinis effusione non dicitur enormis si percutiatur in loco. etc. Dicunt hoc. ꝙ etiaz potest verberare in aliquo loco sine sanguinis effusione: e tamen delictū esset enorme. facit quod no. de conse. eccle. vel alta. c. vno. in. iij. glo. vnde concludunt predicta arbitrio superioris relinquenda: licet aliqua exempla hic ad demonstrandaz enormitatē delicti exprimantur. ¶ In glo. sup verbo in episcopū. que incipit ex persona ibi. atrox. Hac e seq. vide de calum. c. i. in glo. ij. e super ea. e ibi ꝙ ait pretor. vide de excep. exceptionez. super vlti. glo. e ibi §. quedam iniuria facta per liberuz dicitur quandoqz leuis: que facta per seruuz grauis dicitur: quia crescit contumelia ex persona facientis. ¶ Glo. super verbo proprium abbatez. querit an dispositio capi habeat locuz in regularibus alium superiorem ꝙ abbatez habentibus: dicit ꝙ sic: quia tex. loquitur de omnibus regularibus. ex. eo. c. monachi. e ad hospitalarios hierosolimitanos qui per suuz superiorez absolui possunt. ex. eo. canonica. Idem de templariis: dūmodo consimilem priorez hospitalarii habeant. i. vt sit sacerdos: vnde quādo dicit glo. canonicos regulares: intellige qui non habent abbates sed priores: e sic non potest dici ꝙ benedictio hoc operetur. ex. de eta. e qua. cum contingat. quia priores non benedicuntur: vt no. de elec. idemptitatibus. lib. vj. vbi autez dicit gl. crederē. Host. contra: vt no. Jo. an. in. c. canonica. vbi tenent ꝙ debent absolui per diocesanuz: preter ꝙ vltramarini in quibus est speciale vt possint per proprium priorē absolui. ¶ Glo. super verbo passus. op. ꝙ iudex illius qui est passus iniuriaz debeat absoluere. iij. q. vj. c. i. de fo. compe. c. fi. quia fm formam rei hoc debet fieri. So. dicit glo. ideo requiritur hic absolutio abbatis verberati: quia abbas verberati videtur iniuriam passus per personaz illius qui est verberatus: vnde ille agere habet pro iniuria: e ad illum spectat remissio iniurie: sicut dicimus in patre e filio: quia iniuria facta filio patrem contingit e ipse agere potest: tamen si pater remittit iniuriam: filius agere non potest nisi pater vilis persona fuerit e filius persona honesta. ff. de iniur. l. sed e si filiosamil. Sic etiam si abbas remittit iniuriam monacho: monachus agere non posset aliquo casu: quod intellige vt no. ex. eo. parrochiano. in glo. i. e isto casu requiritur absolutio vtriusqz: e sic caueretur aliās procederet contrariuz. Dicit hosti. ꝙ hec non est sufficiens solutio cum per eam non reddatur ratio: vnde dicit ꝙ ratio huius dicti est: quia abbati monachi percussi de iniuria satisfaciendum esset in pecunia: vt pz ex no. ex. eo. parrochianos. e in. c. cū noscitur. sed constat

ꝙ percussor professus caret proprio: vt. xij. q. i. non dicatis. Nec monasteriuz pro illo tenetur: cum delictuz persone. etc. vt regula delictum. de reg. iur. libro. vj. e de iniuria satisfieri oportet: vt. ex. eo. cum desideres. Unde ad satisfaciendum papa fecit ius ꝙ potuit: vnde dicit ꝙ abbas proprius absoluet e semel percutiet. Abbas vero offensi egregie verberabit cum ictus illi succedant loco satisfactionis: arg. ff. de pe. l. in seruorum. in fi. e ex. de male. c. ij. vnde exponit per abbatem proprium: scilicet absoluentem: e eius qui passus est: scilicet verberantem. Fatetur tamen ꝙ congruentius esset ꝙ alter alteri committeret. Tu dic quicquid imbiaccat hostiē. ꝙ licet de iure deberet absolui per alterum ipsoruz e posset: quia quilibet est suus iudex ratione delicti: alter ratione domicilij: quia neuter haber potestatem nisi ex indulgentia prout papa concedit: ita ambo absoluere poterunt e debebunt ex quo ambobus est concessa: congruentius tamen esset ꝙ vnus alteri committeret: quasi diceret ꝙ ibi iure ordinario spectabat ad eum qui erat adeundus e insolidū: hic aūt videtur extraordinario: idest ex indulgentia. Nam videtur ordinario ante huius capli dispositionem spectabat ad papā. Mō papa indulgentiaz dedit vt abbati hoc liceret: e quā indulgentiam qualificauit: scilicet ꝙ in eius absolutione requireretur consensus vtriusqz abbatis: scilicet proprij e iniuriā passi: ergo a tali qualificatione nō est recedēduz. facit qd no. in simili in depositione clerici vbi requirūtur plures episcopi: vt. xv. q. vij. felix. sic ergo in potestate fuit pape hāc absolutionem qualificare. etc. Et per hoc pōt argui ꝙ vbi vn⁹ clericus vicarius episcopi vel legati non de latere subditum alteri⁹ episcopi e talis legati percutit eo casu quo possunt absoluere: isto modo sit absoluendus ab vtroqz. ¶ Glo. sup verbo promereri. op. ꝙ possit absoluere abbas monachum percutientez clericuz: quia hic datur materia euagandi. Item si absoluit percutientem clericum ante ingressuz: ita e debz absoluere post eum. glo. dicit ꝙ non absoluit percutientem clericum post religionis ingressum: qz maior est clericus ꝙ monachus: qz vix bonus monachus facit bonum clericum. xvi. q. i. legi. e licet absoluat monachum qui percussit clericum ante ingressuz: hoc est ideo: qz faciliter tollit obligatio ante ingressuz ɔtracta ꝙ post ingressuz. xix. q. iij. non liceat. cuz fi. Assignat duas causas. Prima qz qñ percutit ante ingressum leue reputatur delictum: eo ꝙ tunc sunt eiusdez cōditionis ꝙ cum factus sit regularis cum sit diuerse cōditiōis ammodo. Scda qz delictum ante ingressuz: per ingressuz attenuatur: ideo facilius absoluit. Tertia causa est qz monachus percutiendo clericum dicit grauius delinquere ꝙ si est monachus: qz inferior clerico e scandalū est ꝙ absoluatur. ¶ Glo. super verbo in cōtemptuz. querit an scienter faciēs dicatur facere in cōtemptum. glo. dicit ꝙ sic. l. iiij. di. fraternitatem. ¶ Glo. super vbo iurisperitiā. op. ꝙ mitius non agatur cum errāte in iure. C. de in ius vo. l. ii. So. mitius nō agitur cum errāte in iure naturali vel quasi: qz nec etiā parcitur rusticitati vt ibi: sed cum errāte in facto: seu in iure positiuo vt hic. ad hoc de diuor. gaudemus. ¶ Glo. super verbo dispensare. querit an possit abbas dispensare cum monacho irregularitatē incurrente. dicit glo. ꝙ sic. alle. de eo qui fur. ordi. rece. c. ii. qd dicit verum hic. Jo. an. etiā in irregularitate post ingressum cōtracta: qcquid dixerit Inno. ibi. Nō ob. ꝙ ex. pri. dixit de excōicatione: qz id dixit incidēter e preter principale ppositum: e nō ad hunc finē. s. dispēsationis. Item qz q̄stio generalr formabaē vt patuit in prin. lz dicat hostiē. hanc grām nō extendendā ad alios casus. ex. de priuil. sane. ¶ Glo. super vbo discretus. querit an sufficiat ꝙ sit adult⁹ vt presumaē scire: an requiratur ꝙ etiā sit discretus. i. sane mētis. dicit glo. ꝙ ambe requiruntur copulatiue. Deinde dicit ꝙ contra discretū presumitē: alleg. iura. Et intellige fm doc. de discretione naturali nō accidētali: vt ꝙ habeat sensum que in dubio presumitē data adulta etate: nisi cōtrariū pbeē. de sue

cel.ab intesta.c.fi.qz in eo q excedit infantiam põt peccare:
lz propter etatem mitius cuz eo agatur.de delic.pue.c.i.e.ij
¶ Et sic no.limitationem ad id q dici solet quem presumi
scire iura:qz illud est verum qñ est adultus.vt hic.e de cleri.
per sal.puio.c.vno.alias iura non psumuntur scire.Ité etiã
presumuntur qñqz factum pprium ignorare vt h. ¶ Ulti-
mo glo.colligit q nos semper credendum est pñtenti pecca
tum in pnia.Cõtra qd op.de homici.significasti.e de cõse.
di.ij.tribus gradibus.Item qz non presumit̃ immemor sue sa
lutis.i.q.vlti.sancimus.glo.non soluit.Host.dicit q iste nõ
venit ad pniam:sed in iudicio inqsitionis fuit hoc reptũ.etc̃.

a **E monialibus.** Moniales excõicatas
pro manuum iniectione absoluet epũs.h.d.Com
muis diuisio.secunda ibi.super quo. ¶ Nota
primum casũ in quo absoluit a snia canonis inferior a papa.
¶ Scdo no.q in priuilegio cõtra ius masculinus non con-
cipit femininuz. ¶ Tertio no.q manus temeraria in cleri-
cum punitur snia canonis. ¶ Quarto no.q moniales ab-
soluunt̃ ab inferiore a papa:etiã si manuz violentam inferãt
in clericum secularẽ:quod secus est in monachis:vt.s.c.pxi.
